Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-788377-p0001-1

Sammelbd von Dtts.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-788377-p0002-7

22

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA

*DE*

# IVRE SINGVLARI VRATISLAVIENSI IN PROCESSV,

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO*

DN. PHILIP. WILHELMO,

PRINCIPE BORVSSIAE MARCHIONE BRANDENBVRGICO ET DVCATVS MAGDEBVRGICI GVBERNATORE RELIQVA,

*IN CELEBERRIMA ACADEMIA FRIDERICIANA*

PRAESIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.

SERENISS. VIDVAE SAXO-ISEN. CONSIL. AVL. PROF. IVR. PVBL. ET ORD. ICT.

PRO-DECANO

*PROMOTORE SVO AETERNVM VENERANDO*

*PRO LICENTIA*

Summos in vtroque Iure honores capeſſendi

IN AVDITORIO MAIORI

D. 30. Mart. A. O. R. MDCCXI.

Horis ante & pomeridianis.

*Placidæ eruditorum diſquiſitioni*

*ſubmittit*

IO. CHRISTOPHORVS WOLFF

Vratiſlavienſis.

*HALAE MAGDEBVRGICAE*

Typis Iohannis Gruneri, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-788377-p0005-4

# VIRIS
*MAGNIFICIS, STRENVIS NOBILISSIMIS*
*ATQVE AMPLISSIMIS*
# DOMINO PRAESIDI
*atque*
# SENATORIBVS
# SYNDICIS
ET
# SECRETARIIS
INCLYTAE REIPVBLICAE
VRATISLAVIENSIS
DOMINIS SVIS
*PATRONIS atq; PROMOTORIBVS*
*MAGNIS*

NON IVRIS SALTEM PATRII

*SED IVSTITIAE & AEQVITATIS*

*DEFENSORIBVS*

**PATRIBVS PATRIAE**

ALIISQVE OMNIBVS NOMINIBVS.

QVE DVDVM MERVERVNT,

DECORANDIS

*PRO BENEFICIIS PLVSQVAM PATERNIS,*

ET PRO QVIBUS VITAM DEBET,

DEBITO SANE INGENTI

*HOS CIRCA PATRIAE IVRA LEVES CONATVS*

SEQVE IPSVM

SI PAVCA PRO INFINITIS OFFERRE LICET

IN SOLVTVM OFFERT

CLIENS DEVOTISSIMVS

**AVTOR**

# PRAEFATIO AD LECTOREM.

SI Patriæ, Beneuole Lector, quæ nos genuit, & benigne aluit, quid debemus, neſcio an vituperandi ſint illius conatus, qui eius famam quibuscunque modis per orbem publicare nititur. Mihi quidem nihil, præterquam vanus ſine viribns niſus relictus eſſe videtur, poſtquam duo patriæ decora hanc operam iam occuparunt & iura patriæ ad inuidiam aliorum vsque erudite deduxerunt. DN. Chriſtophorum Seidelium & Ioannem Davidem Kretschmerum intelligo. Quorum hic de iure Sileſiorum Saxonico diſſerens eius hiſtoriam & fata orbi communicauit. Sed DEVS hanc ſpem noſtram, iuuenem adhuc ſibi vindicans, oſtendere ſaltem nobis voluiſſe viſus eſt, quid de viro nobis promittendum fuiſſet; poſtquam in curſu ſaltem ſtudiorum & vitæ ea feciſſet, quæ alii, abſolutis ſtudiis vix attigerunt. Alter vero, quem DEVS, quousque ipſe optaverit, ſuperſtitem conſeruet, mihi patrocinio viuit & gloriæ ſuæ ſuperuiuit, eruditiſſimus Themidis & reipublicæ noſtræ Secretarius, iura ipſa

 intro-

introſpiciens & collationem iuris Statutarii Vratislauienſis cum iure ciuili & Saxonico publica diſputatione inſtituens, tantum partem iuris noſtri, ſtatuta ſcilicet, quæ de jure tantum perſonarum & rerum agunt, ſibi ſumſit. Intactam vero reliquit ordinationem iudicialem, quæ quid circa proceſſum obtineat, diſponit, vt haberent alii, in quo virium ſuarum periculum facerent. Nihil deeſſe videbatur ſyſtemati quaſi iuris patrii, poſtquam horum virorum vnus velut hiſtoriam eius, alter autem theoriam, vt ſic dixerim expoſuiſſet, quam praxeos deductio, quæ tamen alium, quam me deſideraſſet. Non tamen timui tam egregia exempla, vt ut non pari paſſu ſequi. Eſt enim in magnis voluiſſe ſatis. Quod vero ipſam tractationem attinet, ſcopus eius hic eſt, vt ſecundum ordinationem iudicialem Vratislauienſem illos præcipue caſus proponam, in quibus aliquid diuerſum & ſingulare a iure ciuili & Saxonico ſtatutum eſt, cetera vero plane intacta reliqui. Cum vero facile contingere poſſet, me in nonnullis a veritatis tramite aberraſſe, multa etiam forte moribus & conſuetudine mutata eſſe, quæ in dicta hac ordinatione reperiuntur; hinc eſt quod obnixe rogo, beneuole Lector, velis mihi, cui nondum licuit ipſam adire praxin, & penitius in iura patria inquirere, errata haud gravatim condonare. Vale, & conatibus his meis faue.

*Q. D. B. V.*

# CAP. I.

## DE IVDICIORVM VRATISLAVIENS. DIVERSITATE.

§. I.

DE Iure Vratiſlauienſi in Proceſſualibus ſingulari paucis & pro modulo Ingenii dicturo, ſine dubio etiam incumbit, de ſingulis & a ſe invicem diuerſis Vratiſlauiæ iudiciis primo loco agere. Cum enim Proceſſus ſit ordo legitimus cauſas in iudicio proponendi, ventilandi & diiudicandi; difficile foret hunc ordinem noſſe, ſine iudiciorum Patriae meæ chariſſimæ diuerſitate perſpecta, cum ſingularitas in iis ſit ſatis notabilis, & pro diuerſitate horum iudiciorum iterum diuerſa, cumque ſaltem non vbique eorum in hoc noſtro labore fiet mentio; denique cum forma iudicii, quæ eſt Proceſſus, absque materiæ eius, quæ eſt ipſum iudicium, difficilis ſit cognitio. *Ratio hujus capitis.*

§. II.

Omiſſis itaque Etymologia, Homonymia & Synonymia, quæ in vulgus notæ, vtplurimum ad modulum Diſputationis implendum adhibentur, & plus ſæpe *Diuiſio iudiciorum.*

com-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-788377-p0011-7

commodi Typographo, quam Lectori afferunt, ſecundum vulgarem diuiſionem iudicia etiam noſtra, prout nunc temporis apud nos adhuc ſuperſunt, in Eccleſiaſtica & Secularia diuidenda erunt: De Advocatiis vero earumque Advocatis olim in patria vſitatis, ſi quis edoceri vult, adeat Schikfus. *in Chron. Sil. L. 3. c. 25.* Non quidem Eccleſiaſtica, vti nec omnia Secularia ad ſcopum noſtrum pertinent, cum vel nunquam vel rario eorum in hoc noſtro labore facta fuit mentio, paucis tamen tangenda erunt.

§. III.

De Cathol. Conſiſtorio.

Religionum apud nos diuerſitas etiam iudicia Eccleſiaſtica diuidit: Conſiſtorium Catholicorum Epiſcopale, (quantum mihi ex relatione aliorum conſtat, ex qua etiam ſequentia ſcribo) conſtituunt officiales & duo e gremio, vti loquuntur, Canonicorum deſumti Aſſeſſores, penes quos omnes ſimul ſumtos ſeſſionis indicendi arbitrium eſt, quamuis ordinarius dies iudicialis ſit ſingulis ſeptimanis dies Iouis, niſi tempus Quadrageſimæ aut Aduentus eas impediat. Cauſæ, quæ ibi tractari ſolent, proponuntur vtplurimum oretenus, quamuis in arbitrio iudicis ſit, an eas in ſcriptis proponi velit patria lingua; niſi cauſa per viam prouocationis, ad Nuncium Apoſtolicum, qui Viennæ eſt, ſit deuoluta; quo caſu acta non niſi in latinam linguam translata recipiuntur. Reſpondetur autem ſecundum Ius Canonicum & Concilium Tridentinum, in Inſula S. Iohannis, quae prope vrbem eſt, & ordinarium huius iudicii locum conſtituit. Exercet hoc Iudicium Iurisdictionem ſuam etiam in Ciues Vratiſl. cuiuscunque ſint Religionis, ſi eo citati fuerint, (ita tamen vt Citatio prior ad Conſiſtorium Euangelicorum Litis pendentiam inducat,)

cat,) ſaluo beneficio prouocandi ad ſummum Principem. Alt-Ranſtädter Conuention. §. 7.

§. IV.

Conſiſtoria Lutheranorum ſua initia ſtatim poſt huius Religionis incrementa in Sileſia viderunt, & lapſu temporis variis Priuilegiis & Conuentionibus ſunt corroborata. Illorum primarium eſt Priuilegium ſpeciale Rudolphi II. Imp. de dato Pragæ 1709. d. 20. Aug. Quod communiter der Majeſtäts-Brieff dici conſueuit, in quo verſu: Zum vierdten wollen wir auch / non ſolum Conſiſtoria iam dum ſtabilita confirmantur, ſed & noua erigendi facultas principibus & ſtatibus A. C. conceditur. Integrum videri poteſt apud Henel. *in Sileſiographia L. 3. c. 10.* Aegre id tulit Carolus Archi Dux tunc temporis Epiſcopus Vratislauienſ. in literis, quas ad ſtatus Euangel. d. 25. Nou. eiusdem anni dedit, quibus tamen hoc priuilegium Matthias II. an. 1611. & an. 1612. Ferdinandus II. glorioſiſſimæ memoriæ Imperatores confirmarunt, de quibus latius Schikfus. *p. m. 93. ſeqq.* Neque etiam notiſſimæ illæ turbæ, quæ vicinam Bohemiam mire vexarunt, hanc Conſiſtorii poſſeſſionem Vratislauienſis turbarunt, potius nouam vim per compoſitionem cum Electore Saxoniæ durch den Sächſiſchen accord an. 1621. & pacificationem Saxonicam durch den Pragerischen Neben-Receſſ Pragæ an. 1635. concluſam acceperunt; vt conuentionem nouisſimam Ranſtadienſem, in vulgus notam, ſilentio prætercam. Sit quicquid ſit, conſtituunt Vratislauiæ quatuor ex ordine Senatorio, & totidem ex Eccleſiaſtico aſſumto Notario, qui tamen votum non confert, Conſiſtorium Lutheranorum, ſiue vt vocant das Kirchen-Amt / & cauſas quæ huc pertinent, ductu ordinationum Saxoni- De Conſiſtor. Euang.

xonicarum & Conſuetudinum Lutheranorum decidunt.

§. V.

Von dem Ober/und Fürſten-Recht.

Iudicia ſecularia quod attinet, eorum nonnulla ſaltem in Vrbe noſtra habentur, nec ad ſcopum noſtrum præciſe, quædam vero omnino huc faciunt. Ad priora refero: das Ober-und Fürſten-Recht/ Palladium illud & Dictaturam Sileſiæ. Schikfus. *L. 3. c. 23.* Henel. *c. 8.* Iudicant in eo Principes & ſtatus Sileſiæ eorumque Legati & Conſiliarii, qui iura & mores Patriæ norunt, (ad exemplum cameræ, quæ expreſſe Aſſeſſores requirit, die der teutſchen Nation Herkommen / löblicher Gebräuche und guter Gewohnheit wohlkundig und erfahren ſind. *Ordin. Cam. P. I. Tit. 3. §. 1. 2.*) de cauſis Principum Sileſiæ ſaltem realibus, ita vt Rex Bohemiæ excipiatur, vigore priuilegii Vladislai R. d. an. 1498. §. Alſo beſcheiden. quod huius iudicii fundamentum eſt, quodue Schikfus. & Henel. integrum exhibent. Habetur ordinarie bina vice ſingulis annis in curia Vratislau. hinc eſt, quod illud præterire non voluerim. Citationes autem, quod ſingulare, ad illud non fiunt ad ſingulos actus, ſed totum cauſam, a Præſide iudicii, qui ordinarie Princeps Sileſiæ ſolet eſſe, petendæ & reo tribus ante iudicii diem menſibus inſinuandæ. Henel. *c. 8.* Eundem obſeruat modum in citando camera Spirenſis, vt & tribunal Wismarienſe, & hac formula vtitur: der Sachen und allen Gerichts-Tagen biß nach endlichen Beſchluß und Urtheil beyzuwohnen und auszuwarten. Meu. *P. 6. Dec. 52.* Iudicium hoc illuſtre atque Bannitum hoc priuilegio (ab Imperatore glorioſiſſimæ memoriæ peculiari reſcripto in cauſa Dn. Comitum de Hutzfeld & L. B. de Neſſelrode decreto de dato an. 1681. d. 27. May, confirmato)

mato) gaudet, quod contra illud nulla Appellatio, neque vllum aliud remedium ſuſpenſiuum aut deuolutiuum poſſit adhiberi. Vid. omnino Dn. de Sannius *ad Sanctionem Leopoldi Imper. de Appell. Sanct. 2.* Weingarten in *Faſcic. Diu. Iur. L. 1. Tr. 35.*

§. VI.

Huc quoq; ſpectat ſuprema curia das Ober-Amt/ Vratislauiæ conſtituta, cui ſupremus Sileſiæ capitaneus præſidet, qui ordinarie Princeps Sileſiæ debet eſſe, vigore Priuil. Vladislai de anno 1498. quod Henelius circa finem exhibet, pro quibus tamen Epiſcopi Vratisl. reſpectu principatus Grotkouienſis habentur, adiuncto Cancellario & Conſiliariis, Equitibus & Literatis, (ſicut & in hæc 2. ſcamna diuiduntur,) a Rege Bohem. dependentibus. Iudicat Collegium hoc illuſtre in cauſis primario ſtatum publicum reſpicientibus; quanquam & multæ priuatorum cauſæ ab Imperatore, quando litigantes nempe immediate huic iudicio ſubſunt, per delegationem transmittuntur, nec ſtatus minores & feuda Regia, quin imo nec ſtatus maiores hoc forum delinare poſſint. Hæc vero uti das Königl. Amt Breßl. Fürſtenthumbs & cœnobiorum quæ Vratisl. ſunt, iudicia ad nos directe non ſpectant, hinc potius ea, quæ Vrbs vi competentis ſibi Iurisdictionis exercet, addenda ſunt. De ſuprema curia.

§. VII.

Facit eorum delineatio omnino ad intellectum huius noſtri laboris, cum eorum nomina in ſubſequentibus documentis, quibus ius ſingulare patrium in proceſſualibus ad ductum orationis noſtræ iudicialis oſtendere conabor, occurrāt. Diuidit autem ea ipſa, articulo ſtatim primo, iudicia noſtra in ordinaria & extraordinaria. Illuc referens, das Groß Ding oder Stadt-Recht und das De iudiciis, quæ vrbs vi competentis ſibi iurisdictionis exercet.

Klein Ding. Sub extraordinariis intelligit: Das Gaſt-Recht / Elend-Recht / und Noth-Recht. eiusque denominationis rationem addit, quod in his, extraordinariis nempe, etiam die alias non iudiciali agere poſſit actor & citari reus, quodue ſummariter ibi procedatur. Heiſſen darum beyfällig oder extraordinari-Recht / daß ſie auch zu der Zeit / da die ordentlichen Rechtstage nicht gehalten / abſonderlich beym Stadt-Vogt können beſtalt / verlegt und gefordert und durch Vorladung ohn Mittel bey der Schöppen-Stube anhängig gemacht / auch darinnen ſummariter procediret werden. *Act. ſtr. Ord. Iud.* His addere liceat, 1. Ipſam curiam den Rathtiſch. 2. Stubam die Schöppen-Stube. 3. Iudicium orphanorum. das Weyſen-Amt & 4. Aduocatiam die Vogtey/ de quibus ſingulis, ſed paucis, ne caput præliminare totum laborem exaequet.

## §. VIII.

De iudicio maiore.

In Iudicio maiore (ſiue in dem Groß-Ding/ qua voce antiqua ad iudicium denotandum vtimur, inde etiam Ding hegen ꝛc.) ſemper vnus e Senioribus Collegii Senatorii, quorum duo ſunt, alternatim tribus annis praeſidis vice fungitur, adiunctos habens, vt Aſſeſſores omnes Scabinos, quorum 11. ſunt, & 2. Secretarios, qui æque ac reliqui vota ſua conferunt. Ceremoniae, quas ex antiquitate retinemus in conſtituendo de nouo quotannis hoc iudicio & conſuetudines ibi procedendi, quarum mentionem facit *Art. 10. Ord. Iud.* ſunt ſingulares, ſed pro inſtituti ratione nimis prolixae. Non minus ſingulare puto, quod in arbitrio partium ſit, velint me coram hoc iudicio, an coram Senatu agere, (exceptis cauſis, quae praeciſe ad Iudicium Maius ſpectant, quales ſunt: Hypothecariae,

Con-

Concurſus Creditorum, Proceſſus Cridæ) cum olim fere omnes priuatorum cauſæ coram hoc iudicio ſint ventilatæ, & ideo nec protocollum in Senatu fuerit habitum, quod hic ex bono & æquo iudicetur & ſummariter procedatur. Hinc eſt, quod etiam ordinationis iudicialis formalia, quam fundamentum huius laboris ponimus, ad Proceſſus coram Senatu ægre, bene tamen ad illos, coram iudicio maiore & ſcabinatu applicari poſſint. Litigantibus ergo libera eſt electio, vbi nam litigare malint, ante lites coeptas; ſed ſi coeptæ fuerint, ibi finiendæ, vbi cœptæ; Proceſſus autem ſummarii coram Senatu tractandi, vti hoc de caſu eius deciſionem de an. 1656. d. 26. Sept. habemus. Sedes huius materiæ alias eſt *Art. 2. Ord. Iudic.*

De iudicio minore.

§. IX.

Iudicium minus das Klein Ding quod attinet, non minus eſt ordinarium quam maius, conſtituitur etiam ab iisdem perſonis eodemque modo bannitur. Tractari ibi ſolent cauſæ iniuriarum, iuramentorumque præſtationes fieri; non autem hoc intelligendum, ac ſi alibi tractari, aut fieri non poſſent, nam hæc cauſa eſt, cur hoc iudicium ferme in deſuetudinem abierit, quod iniuriæ atrociores coram Senatu, leuiores autem coram Dn. Prætore vindicari, iuramentum autem, vbi cauſa iam pendet, præſtari ſoleant. Huius autem iudicii iurisdictio adeo arctis eſt incluſa cancellis, vt ibi non poſſit agi, niſi litigantes a iudice vel ex officio, vel ad inſtantiam pactis eo fuerint remiſſi. Agit de eo *art. 3. Ord. Iud.*

§. X.

Von dem Gaſt-Recht.

Reſtat, vt inter iudicia, quorum ordinatio iudicialis meminit, extraordinaria videamus, inter illa eſt Iudicium hoſpitum, das Gaſt-Recht / quod iudicium

ſummarium tantum ad preces peregrini contra peregrinum Vratiſlauiæ degentem æque ac contra ciuem Vratiſlauiæ inſtituitur, cum fauor peregrini actoris ſuadeat, ne a negotiis domeſticis per ambages proceſſus diſtrahatur (vnde & olim Wegfertig Recht non inconcinne dictum) non autem vice verſa. Determinat illud expreſſis verbis *art. 5. ord. Jud.* Wider einen frembden mag ein Frembder zu Gaſt-Recht ſeiner Anforderung halber fürkommen / ein Bürger aber weder vor ſich noch in Macht eines Frembden nicht tum itaq; ciuis iura ſua in iudiciis ordinariis tractare tenetur, niſi peregrinus reus iudicium ordinarium expectare non poſſit, cum quod in fauorem eius introductum, in odium eius detorqueri nequeat, denn er ſeine Zuſprüche wider den Frembden bey dem ordentlichen Stadt-Recht vorbringen muß / und in demſelben ſich rechtfertigen laſſen / jedoch wo der Gaſt das ordentliche Recht zu erwarten beſchwer trüge / ſo iſt ihm frey und zugelaſſen / ein Gaſt-Recht wie obvermeldet zu beſtellen. *Ord. Iud. art. 5.* Ab iisdem vero perſonis, quæ in iudicio maiore adſunt, conſtituitur, ita tamen vt ex parte peregrini actoris nullus alius aduocatus quam vnus ex 4. Aduocatis Iuratis ordinariis admittatur. Originem ſuam ſine dubio habet ex iure Saxonico, quod vt plurimum norma iudicandi nobis eſt vid. *Art. 46.* Weichbild §. woher es auch / daß ein Bürger / ibidemque Gloſſa *ad verb.* und Wehr Geld / *n. 15.* Modeſt: Piſtor. *Conc. 58. n. 1.*

§. XI.

Von dem Elend-Recht.

Secundum ordine eſt iudicium miſerabilium perſonarum das Elend-Recht, in quo incarceratus vel arreſtatus prouocat incarcerantem, vt agat, & quas incarcerandi cauſas habuerit, oſtendat, prouocante nihil-

nihilominus reo, ad inſtar L. diffamari, manente: niſi ad procuranda alimenta vel in ſimili caſu agat, uti loquitur *Art. 7. Ord. Iud.* his verbis: Jedoch da die Urſachen der gefänglichen Hafft nicht wird gerůget/ ſondern was beyfälliges als um Koſt/ Atzung und dergleichen vorgetragen/ ſo muß der Gefangene die Klage thun.

§. XII.

Tertia ſpecies das Noth-Recht, ex iisdem quoque perſonis, ex quibus iudicium maius conſtituitur, & locum habet, quando res tempore perituræ, aut quae quotidiana alimenta requirentes pretium ſuum minuunt, alicui ſunt oppignoratæ aut arreſtatæ, aut quando Conductionis pretia non ſolvuntur aut ſervantur, aliisque caſibus, quæ in arbitrio iudicis eſſe dicuntur. *Art. 8. Ord. Iud.* Auſſerhalb dieſer Fälle mögen viel an-andere Urſachen vorfallen ꝛc. welches bey Erkänntnis der Gerichte ſtehen ſoll. Notabile eſt, quod in eo exceptio inſtrumenti nondum recogniti non admittatur, ſed præſtita Iudici cautione pro indemnitate res vendantur & pretium, ſi reus non appareat, loco eius eſt, vti deciſum ibi eſſe, relatum habeo. Imo Curatores bonorum in concurſu Cieditorum, ſi coram hoc nempe iudicio litigent, ab ea cautione prorſus immunes ſunt. Horum iudiciorum mentionem Ord. Iud. facit ab *Art.* 1.-*8.* incluſiue. Reſtat ut de reliquis, quæ addidimus eadem breuitate & ſimplicitate agamus. Noth-Recht.

§. XIII.

Inter hoc merito primum locum ſibi vindicat ipſa Curia der Rath-Tiſch. Conſtituunt eam Dn. Praeſes Senatores & Conſultores (non excluſis collegiis der Reichkrämer/ Kretſchmer/ Tuchmacher und Fleiſcher) qui menſae aſſident, (unde die Tiſch-Herren/ duo autem De Curia.

aDn.

a Dn. Præſide proximi Seniores vocantur) vndecim ſcabini, duove Syndici & totidem Secretarii omnes voto gaudentes, ex ſic his 23. Columnis Patriae felicitas innititur, & hucusque inconcuſſa ſtetit. Collegium hoc ſplendidum olim ducatus Vratisl. Capitaneus magnificum munus tenuit, ſed pacificatione inter Ferdinandum II. Cæſ. & Ioh. Georg. I. Elector. Sax. ao. 1635 inita, eo deuentum: daß die Stadt Breßlau die Hauptmanſchafft deſſelben Fürſtenthumbs mit dazugehörigen iuribus ohne Entgeld &c. Ihro Käyſerliche Majeſt. zu dero freyen diſpoſition lediglich abzutreten / und einzuhändigen ſchuldig ſeyn ſolle / prout hæc verba & totam Reſolut. Cæſ. exhibet Weingarten *pag. 140.* Ab eo tempore ſpeciale ducatus Vratisl. accepit iudicium: Das Königl. Ambt Breußl. Fürſtenthums und darzu gehörigen Weichbilder. Quæ cauſæ coram ſenatu tractentur, ſupra §. 7 tetigimus. Paucis, proceſſus hic eſt ſummarius ex Iure Ciuili ſatis notus, nec hic Ordinationis iudicialis formalia valent, adeo vt in cauſa iniuriarum oppoſita exceptione non rite formati proceſſus, quod libellus vi art. 24. non dupliciter in ſcriptis ſit editus pronunciatum ſciam: Weil die Gerichts-Ordnung / wie von Klägern recht erinnert nicht ſo wohl für einen löblichen Rath-Tiſch vbi ſummariter proceditur, alß für das Stadt-Recht gehörig / ſo hätte dieſe exceptio nicht ſtat.

§. XIV.

De Stuba. Stubam, vti appellamus, die Schöppenſtube / eædem quoque perſonæ, quæ iudicium maius, componunt, vbi etiam proceſſus initium ad minimum per Citationem faciendum, cauſa ipſa vero deinceps ad Stubam remitti ſolet, vermittelſt eines Zeugens / vti *Ord. Iud. art. 4.* loquitur. Et ſic, vt ita dixerim, eſt continua-

tio

tio iudicii maioris, quamuis etiam omnino pro ordinario iudicio ſit habendum. Vindicat ſibi adhuc antiquam ſuam poſſeſſionem vel quaſi de iure reſpondendi, ſiue in criminalibus ſiue ciuilibus eius reſponſa petantur, (quæ componendi ordo eſt accuratiſſimus) non obſtante ſanctione pragmatica Cæſarea de dato Wien. 1698. d. 16. April. quæ typis expreſſa per totam Sileſiam publicata eſt, qua ſancitur: Daß hinführo bey Verluſt der Obergerichte in denen arduis, und wo ſie (nemlich die Ober-Gerichs-Herren) anſtehen/ die criminal-Belehrungen nicht mehr von denen Vniuerſitäten und Schöppen-Stühlen einholen / ſondern in ſolchen Fällen wo ein Anſtand ſich ereignet / die Belehrung eintzig und allein von der Königl. Appellations-Cammer zu Prag einholen ſollen.

§. XV.

Ad iudicium pupillare ſ. Orphanorum das Wäiſen-Amt omnes quocunque nomine veniant, Pupillorum cauſæ pertinent, quæ oretenus proponuntur & a Præſide huius iudicii (qui ordinarie vltimus menſæ, & tamdiu eſt, quamdiu vltimus manet) 2. Aſſeſſoribus totidemque Scabinis & Notario, voto quoque inſtructo, ex æquo & bono ſine ſtrepitu iudicii diiudicantur, prout ordinatum eſt in admonitione ad ciues ordinationi præmiſſa. De iudicio Pupillari ſ. orphanorum.

§. XVI.

Reſtat iudicium prætoris ſ. aduocatia die Stadt-Vogtey/ fundamentum iuriſdictionis, quam vrbs habet, cum olim penes principes ſumma rerum eſſet, a quibus eam titulo oneroſo emtionis & per continuatam poſſeſſionem ſibi acquiſiuit, & contra turbantes obtinuit. Præfecti huius aduocatiæ, quem Magnif. Senatus conſtituit, officium eſt reuera arduum, oneroſum & ferme De Aduocatia.

cum omnibus iudiciis connexum, quamuis ipſe non poſſit iudicare in cauſis vltra 100. Imperiales & primario in rixis & iniuriis plebis componendis deſudet. Sed ne limites hiſtoriæ iudiciorum noſtrorum prætergredi videar, ad ius ſingulare Vratislauienſe ipſum transgrediendum erit.

## CAP. II.

### DE SINGVLARIBVS PROCESSVS VRATISLAVIENSIS, QVAE ANTE LITIS CONTESTATIONEM OBTINENT.

§. I.

Ingreſſus.

CVm in præcedenti capite de iudiciis dictum ſit, nunc ad ſingularia ipſa Proceſſus Vratislauienſis me conferam, vbi ordinem proceſſus ſequar, hoc capite de iis, quæ litis conteſtationem antecedunt, in ſequenti vero de iis, quæ eam ſequuntur, acturus; Illas uero materias, vbi nihil ſingulare & diuerſum a Iure Ciuili & Saxonico inuenitur, omittam.

§. II.

Inter Aduocatum & Procuratorem nulla eſt differentia.

Initium ergo facturus de perſonis, primo ſe offerunt aduocati & procuratores. Vbi ſtatim illud ſingulare occurrit, quod licet alias inter Aduocatum & Procuratorem magna ſit differentia, dum ille tantum pro parte præſente verba facit, & ita quaſi os Clientis eſt, hic vero litem in ſe ſuſcipit & litis dominus fit: Nihilominus tamen apud nos nulla ſit inter Aduocatos & Procuratores differentia. Vnde & Art. 10. ordinationis noſtræ iudicialis inſcribitur: Von Procuratoren, cum tamen in ipſo contextu de Aduocatis iuratis agatur.

§. III.

Non eſt libera omnibus po-

Alterum ſingulare eſt, quod non pro lubitu quis-

que

que ſibi Procuratorem conſtituere poſſit, ſed quatuor conſtituti ſint procuratores iurati, ex quibus aliquis eligendus. Nec alium conſtituere licebit, niſi in ſpecie hoc a iudice impetratum, & debitum honorarium Procuratori iurato ordinario ſolutum fuerit. Ordin. Iud. ibi: Und daß dem geſchwohrnen Gerichts-Procurator das gebührliche und bey Gerichten geordnete Macht Geld von Jahr zu Jahre/ ſo lange der Handel bey Recht ſchwebet/ erleget werde.

teſtas conſtituendi pro lubitu Procuratorem.

## §. IV.

Neque etiam, ſi alii fuerint conſtituti procuratores, ad iudicium admittuntur, niſi a Procuratore iurato prius venia impetrata, & alter ſolenniter introductus ſit; Formula quam curioſitatis gratia hic adduco, hæc eſt:

Solemnia introductio-ductionis procuratoris.

*Procurator iuratus*: Herr Vogt/ Edle Geſtrenge/ Ehrenveſte/ Hoch- und Wohl-benahmbte/ inſonders Großgünſtige/ Hochgeehrte Herren/ vor mich und alle meine nachfolgende Clienten/ vergönnen Eur. Geſtr. zu reden/ was recht iſt.

Herr Stadt-Voigt: Ich vergönne es.

*Procurat. iuratus*: Als bedinge ich ihnen Stadt-Recht (ſiue prout cauſa, quæ tractanda venit, deſiderat, Noth-Recht/ Elend-Recht/ Gaſt-Recht/ Klein Ding) was zu ihren Rechten vonnöthen. Sollen ſie es haben?

Herr Stadt-Vogt: So ſie es bewahren. Et huc reſpicitur in *Ord. Iud. art. 10.* his verbis: Ordnen/ Setzen/ und wollen daß keiner/ er ſey/ wer er wolle/ vor geſagtem Gericht zu ordentlichen oder beyfälligem Recht/ was fürzubringen ſich unterſtehen ſoll/ er ſey denn zuvor durch einen von den IV. geſchwornen Ge-

richts-Procuratoribus, wie bräuchlich / angedinget worden.

§. V.

Procuratoribus non ſuperfluæ conceduntur dilationes.

Sublata etiam ſunt ſaluberrimo conſilio diuerticula illa, quæ amatores protelationum proceſſus quærere antehac ſolebant, dilationes intelligo, quas nunc nemo petere poteſt, ſub prætextu, quod prius cum principali ſuo ſuper hac vel illa re conferre velit: bedenckliche Friſten nehmen / daſſelbe an ihr Principalen hinter ſich zutragen / prout loquitur *Art. 10. ord. iud.*

§. VI.

Poteſt Procurator alterius Procuratoris abſentis cauſam tractare ſine mandato.

Aeque ſingulare eſt, quod ibidem ſtatutum, quatuor procuratores iuratos emanere non debere, niſi conſenſum ſcabinorum impetrauerint: quod ſi vero hoc impetrato quis emanſerit, alius pro eo cauſam ſine vllo mandato tractare poſſit: So mag einer den andern in ſeiner Principalen Sachen ohne beſonderes Mandat oder Vollmacht / gleich ſo vollkömlich vertreten / als wann der geordnete Anwalt ſelber zur ſtelle wäre. *Art. 10. ord. Iud.*

§. VII.

Procuratores vbi conſtituendi.

Notabile porro eſt, circa procuratores, quod quidem regulariter in iudicio conſtitui debeant, vor Unß im ſitzenden Rath / oder aber vor gehegtem Dinge / quod ſi vero quis morbo impediatur, petere a iudice debet, vt quidam eo deputentur, quo mandatum eo modo reddatur validum: Quod beneficium etiam non nunquam perſonis egregiis concedi ſolet: ſicut & principibus tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, Comitibus, Dominis, Conuentibus, Collegiis Eccleſiaſticis, Ciuitatibus eorumq; conſiliaris & iudiciis liberum manet, mandata dare ſua tantum manu & ſigillo munita. *Art. 18. ord. iud.*

§. VIII.

Conſtat & inter Doctores expeditum eſt, hodie Procuratorem non poſſe alium ſubſtituere, niſi eam facultatem in ſpecie conceſſam habeat Carpz. *Proc. Tit. V.* *art. 5. n. 6. ſeq.* Attamen in iure Patrio varii caſus excipiuntur & (1.) quidem, ſi ſit Procurator in rem ſuam (2.) in beyfälligen articuln, ſi exceptio ipſius perſonam concernat. (3.) Poſt Litis Conſtitutionem, quia tum fit litis dominus. (4.) Poſt præſtitam cautionem iudicatum ſolui, & (5.) denique ſi habeat mandatum cum libera. *Art. 20. ord. iud.*

Quando procurator ſubſtituere poſſit.

§. IX.

Pertinet etiam huc, quod circa procuratores a curatoribus conſtituendis plane ſpecialiter in ordinatione noſtra cautum. Conſtat enim ex iure Romano, curatorem non poſſe procuratorem conſtituere, ſed actorem; cuius ratio eſt, quod ſaltim Dominus, qualis non eſt tutor & curator, procuratorem dare poſſit: hinc eſt, quod hoc caſu, non procurator, ſed voce temperata actor vocatur: Quod & ipſa praxi in Saxonia obtinere, quotidiana docet experientia, vbi communiter comparare ſolent: Actorio nomine. Receſſit ergo ius noſtrum a iure tam ciuili quam Saxonico, quando *Ord. Iud. Art. 17.* ſic diſponit: Vormünder und dergleichen/ wiewohl ſie von des Kriegs Befeſtigung nach der gemeinen Recht-Ordnung allein Actores und nicht Procuratores ordnen mögen/ wollen wir ſolchen Unterſcheid auffgehaben und ihnen Procuratores und Anwalde/ nach ihres Amts-Nothdurfft/ zuſetzen macht gegeben haben. Vbi quidem dubium adhuc eſt, an de iure etiam poſt litis conteſtationem procuratores conſtituere poſſint curatores, cum eadem hic adſit ratio, quod non ſint domini: Sufficit

Tutores & Curatores poſſint Procuratores conſtituere.

tamen hic ſemper concedi curatoribus non actores ſed procuratores ſibi conſtituere.

§. X.

Vna tantum decernitur citatio in iudiciis ordinariis.

Circa citationem hoc ſingulariter in *Ord. Iud. Art. 11.* ſtatutum eſt, quod in iudiciis ordinariis vnica ſaltem decernatur citatio, ſed quæ ſpatium trium, ſiue 6. ſeptimanarum & 3. dierum continet, & ita peremtoria eſt: In ſummariis vero iudiciis in beyfälligen Rechten requiritur, vt tantum die vel veſperi præcedente fiat, über zwey Nacht zuvor.

§. XI.

Regulariter in faciem fieri debet.

Quorſum etiam pertinet, quod citatio regulariter in faciem citandi fieri debeat, ita vt ſi non reperiatur, a nunciis von den Frohn-Bothen iterata vice quærendus, & ſi tertia vice ſui copiam non faciat, tum demum illa proximis agnatis vel inquilinis, aut inhabitatoribus inſinuatur. Si vero plane non domi ſe inueniri patiatur, a nuncio in faciem citari poteſt, quocunque demum loco illud ſit.

§. XII.

Veniæ impetratio quodammodo adhuc obtinet.

Notum eſt ex Iure Romano, non licuiſſe olim illos, quibus ſingularis debebatur reuerentia in ius vocare ſine impetratione veniæ: Illud vero, cum in ius vocatio hodie priuata autoritate non fiat, ſed publica, non amplius moribus obſeruari vnanimis eſt Doctorum ſententia. Attamen videtur ſimile quid in patria mea obtinere ob verba *Art. 11.* Weil wir auch vermercken/ daß die Kinder ihre Eltern/ auch die Mündlein ihre Vormünden bey Recht vornehmen/ und höchlich betrüben/ ſetzen und ordnen wir/ daß hinfürder kein Kind ſeine Eltern/ auch kein Mündlein ſeine Vormünden vorladen und berichten ſoll/ es habe den zuvor ſeinen Zuſpruch/ wie oben in gemein vermeldet/

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-788377-p0026-0

det/ vor uns angebracht/ und wir die Parth nach beyder Verhör darüber ins Recht gewieſen. Welcher darwieder thut/ ſoll nach Gelegenheit der Perſon/ und unſerm Erkentnis/ mit ernſter unachläßlicher Straffen von uns belegt werden/ und das rechtliche Vernehmen unkräfftig ſeyn.

§. XIII.

Quid ſingulare ſit circa citationem ſubſidialem.

Citationem ſubſidialem quod attinet, ſi extraneus, qui non eſt Magiſtratus iurisdictioni ſubiectus, citandus ſit, eadem, quæ iure communi requiruntur; Hoc autem ſingulare eſt, quod ſi ciuis ſub aliena degat iurisdictione, in toto Ducatu Sileſiæ citatio per iuratum nuncium immediate fieri poſſit, etiam non implorato Magiſtratu, cuius ſub iurisdictione pro tempore degit. *Art. 12. Ord. Iud.*

§. XIV.

Effectus citationis.

Illud merito huc referendum: effectum citationis in mea patria, non hunc ſaltim eſſe, vt citatus appareat, ſed etiam, quod reus, non prius vlla actione admittatur in iudiciis, quam comparuerit. Imo quod de iure communi non niſi per litis conteſtationem fieri poterat, vt nimirum interrumpatur præſcriptio, hoc ibi fit ſola citatione vid. *Art. 13. Ord. Iud.* vbi tamen reſtrictio additur, ſi modo actor cauſas citationis poſtea in iudicio fuerit proſecutus, alias neutiquam ſola citatio præſcriptionis curſum interrumpit.

§. XV.

Contumax non tantum in compenſas damnatur, ſed & inſuper punitur.

In contumaciæ accuſatione vtplurimum proceſſum Saxonicum ſequimur: Illud tamen ſpeciale eſt, quod contumax, accuſata eius contumacia, non modo alteri parti ad expenſas reſtituendas teneatur, ſed & inſuper pœna ob contumaciam in triplum ſtatuatur, idque ſpeciali conſtitutione, An. 1676. die 10. Junii publi-

blicata, in qua pœna hoc modo determinatur: Daß im Fall einer oder der ander nicht erſcheinen würde / er alsdenn zum erſten mahl 1. Schock oder 2. fl. zu 30. gl. weiß / zum andern mahl 2. Schock / und zum dritten mahl eine gröſſere Buße / nach Erkäntnis der Gerichte / und Gelegenheit der Sache zu erlegen ſchuldig ſeyn / oder aber da vermercket würde / daß ſolches aus Verachtung der Gerichte / oder ungehorſam geſchehe / es bey unſerm Erkänntnis ſtehen ſoll / ent-entweder die Buße zunehmen / oder aber in der Haupt-Sache den ausbleibenden / als einen öffentlichen contumacem zu vortheilen. Vbi porro additur, quod iam antea hac de cauſa publicata ordinatio in peruerſum ſenſum tracta fuerit, quaſi demum poſt trinam citationem obligatio ad pœnam naſcatur, cui ſubterfugio etiam hoc modo obuiam itur: Wenn ſie auch nur auff die erſte citation ohne Verkündigung ihrer rechten Noth und Ehehafft auſſenbleiben würden. Daß alsdenn die auff das erſte ausbleiben geſetzte Straffe / nach vorher von dem Gegentheil beſchuldigten Ungehorſam / alsbald gefordert werden ſoll. Verum enim vero vti maxima laude digna hæc eſt conſtitutio, dum contumaciæ effrenam libidinem coërcet, & ad abbreuiandas lites mirum quantum confert, ita eadem eſt experta fata, quibus pleræque bonæ conſtitutiones ſunt obnoxiæ, quod nempe ſaltem non ſemper negligantur, & vel plane non in praxin deducantur, vel deducta mox iterum in deſuetudinem abeant. Non enim apud nos deſunt in Iudicio Maiore contumaciæ accuſationes, ſed a nemine pœna ſancita exigitur: Hinc eſt, quod reus & moroſus debitor hæreat in lucro actor in damno.

## §. XVI.

Duplex libellus offerendus.

Jam ad libellum accedendum, qui ſcriptus in duplo

duplo iudici offerendus, etiamſi in cauſa alias ſaltem oretenus & ſummarie procedatur, vti conſtituit *Art. 24. d. ord.* Auf die ergangene citation und Erſcheinung der Partheyen/ ſoll der Kläger bey den Gerichten ſeine Klage alsbald ſchrifftlichen duppelt einlegen / wenn gleich darauf mündlich verfahren werden ſolte. Videtur quidem adhuc dubium eſſe, quod illud etiam in cauſis ſummariis requiratur, cum ſimplex in iis facti narratio ſufficiat; Ratio tamen pro hac ſententia poſſet eſſe. 1. Clara textus verba, 2. vt reus, cui alterum libelli exemplar communicatur, eo melius ſecum deliberare poſſit, an cedere, an litigare malit.

## §. XVII.

Quemadmodum vero apud nos libellus Articulatus plane abolitus, & tantum ſummarius retentus, vti in Saxonia & alibi, ita hoc præ Saxonia laudabile habemus, quod ab omnibus Formulis, (ingens aduocatis lucrum, dum paginas replet!) v. g. mit keinem überflüſſigen Beweiß beladen zu werden/ nicht in Form eines zierlichen Libells, ſondern ſchlechter Erzehlung ꝛc. abſtineamus, vti & eas nullius momenti eſſe, nemo eſt qui neſcit. Formulæ in libello omittuntur.

## §. XVIII.

In caſu, ſi quis ex inſtrumento Guarentigiato agat, primo hoc ſingulare puto: quod nullo libello opus ſit, ſed ſufficiat, ſi oblato documento cauſa ſummarie exponatur; Cum e contrario in Saxonia certus libellus requiratur, & verba caute collocanda ſint, ne Litis Conteſtatio aut reſponſio petatur, ſed ſimpliciter recognitio, & ita Proceſſus Executionis inuito actore in ordinarium degeneret, cui ſubtilitati, cum non niſi litium mater ſit, caute occurrit *Ord. Iud. Art. 24.* In Vorbrieften In Cauſis Executiuis non opus eſt libello.

 ten

ten und recognoſcirten Schuldverſchreibungen bedarff es keiner zierlichen Schrifftlichen Klage/ ſondern der Creditor mag mit Vorlegung des Schuldbrieffes ſummariter darauff klagen/ und vermöge deſſelben zum Urtheil ſchlieſſen.

§. XIX.

Valet obligatio, debendi cauſa non addita.

Diſponit alias *C. cautio 14. X. de Fid. Inſtr.* ex nulla obligatione valide agi poſſe, ſi cauſa debendi in ea non ſit expreſſa, cui diſpoſitioni Iuris Canonici idem *Art. 24.* contrariatur, dum ita ſtatuit: Sondern ſein zugeſtanden Brieff und Siegel ohne fernere Weitläufftigkeit durch richtige Zahlung/ und diß aufs längſt innerhalb vierzehen Tagen oder biß zum neheſten Rechten an ſich zu bringen ſchuldig ſeyn/ es ſey die cauſa debendi in der Obligation ſpecificiret und ausgedrucket oder nicht.

§. XX.

Duæ tantum conceduntur dilationes in prima inſtantia.

Denique hic etiam notandum venit, quod cum nimia fuiſſet dilationes petendi licentia, eadem reſtricta ſit per ſpecialem ſanctionem Cæſaream de anno 1707. vt duas tantum in prima Inſtantia petere liceat. Huc facit eius §. 16. Wie wir denn auch zugleich/ zu Abſchreibung aller unnöthigen Weitläufftigkeit / allergnädigſt verordnen / daß in denen proceſſibus primæ inſtantiæ, zu Einbringung derer Satz-Schrifften / nicht mehr als 2. nieder Sächſiſche Friſten / und zwar die andre auch nicht ohne erhebliche Urſachen ertheilet werden ſollen. Mithin die abuſiue bißher im Schwang gegangene 3te u. 4te Schrifft abgeſchaffet ſeyn ſollen : Wobey auch dieſes ſonderlich zu beobachten/ daß der Erfahrniß nach öffters in prima inſtantia bey denen citationibus vor Gerichte zu denen angeſetzten Tage ferthan zum mündlichen Verfahren 4. 5. und mehrmahlen dieſe angeſetzte diæten von einem oder dem andern Theil abgeſchrieben und dadurch die lites vorſetzlicher Weiſe

protrahiret werden / wie auch hierinn zu remediren allergnädigſt befunden haben / als ſoll hinführo keinem erlaubet ſeyn auffs höchſte mehr als einmahl die Tagefarth zu depreciren.

§. XXI.

Ordo nunc exigit, vt de exceptionibus agam, & quid in his ſingulariter iure noſtro ſtatutum, adducam. Norunt autem tyrones etiam in iure, exceptiones diuidi in dilatorias & peremtorias: De illis primo loco dicendum, vbi ſe ſtatim offert exceptio Fori, ſiue incompetentis iudicis, quæ iure ciuili & Saxonico fundata, imo tota die in iudiciis opponi ſolet. Zanger *de Exception. P. 2. c. 1. n. 2.* Carpz. *in Proc. Tit. 9. art. 2.* Non autem in Patria mea admittitur, ob beneficium ſpecialis Priuilegii Henrici Ducis Sileſiæ & Vratislauiæ de anno 1263. a Iohanne Rege confirmato, de dato Lucemburgæ anno 1343, in Vigilia omnium ſanctorum, quod quilibet in vrbe deprehenſus ibidem in Perſonalibus reſpondere teneatur, licet ibi non fuerit contractum: Ratio additur *Art. 27. d. ord.* Darumb daß aus ſonderlicher Begnadung / und althero gebrachtem Gebrauch ein jetzlicher (er ſey Edel oder Unedel) ſo in unſern Gerichten wird ankommen / und betroffen / allda zu antworten und gerecht zu werden ſchuldig und pflichtig iſt. Quæ regula tamen exceptionem patitur in Conſiliariis Supremæ Regiæq; Curiæ & aliis a iurisdictione Magiſtratus exemtis miniſtris: Quamuis in criminalibus etiam in hos iurisdictionem exerceat Ciuitatis Magiſtratus.

Exceptio Incompetentis Iudicis in perſonalibus locum non habet.

§. XXII.

Inter exceptiones dilatorias ordine ſequitur exceptio plus petitionis; vbi olim plus petens cauſa cadebat; Sed Iuſtiniani tempore plus loco vel cauſa, vel re

De exceptione plus petitionis.

re petens in triplum condemnatur, quod ſportularum nomine a reo erat exactum; ſi autem actor plus tempore petebat, reus totum illud tempus in duplum habebat. §.24.& 33. I. d. Act. L.1.2. C. de plus pet. Hoc vero hodie plane ceſſare apud Doctores in confeſſo eſt, inde nullam hodie poenam obtinere, ſed reum tantum ab inſtantia abſolvi & actorem in expenſas condemnari aſſerunt. Carpz. *Juriſpr. For. P. I. conſt. 3. def. 12. n. 7.* At vero in *Ord. Iud. Vratislauienſ. Art. 35.* Ius Ciuile expreſſis verbis confirmatum, ſi ſcilicet tempore quis plus petierit: Nimt jemand den andern vor/ und klaget um Schuld/ oder anders/ ehe er ihm diß zu bezahlen und entrichten ſchuldig iſt/ ſo mag ſich der Beklagte mit Antwort ſchützen/ und der Kläger ſoll nicht allein in die Gerichts-Koſten/ ſondern auch in Schaden/ und in noch ſo viel Zeit/ als er zu frühe gemahnet/ condemnirt und verurtheilet werden. Vbi tamen limitatio additur, ſi modo hæc exceptio ante litem conteſtatam fuerit oppoſita. Quodſi vero actor ſecunda vice plus petat aliter ordinatio noſtra diſponit: der Zeit Erſtreckung folget nicht mehr/ denn das erſte mahl/ derhalben ob darnach der Kläger ſich aber vereilet/ wird er allein in die expenſen condemnirt und fällig erkant.

§. XXIII.

De exceptione ordinis.

Huc etiam pertinet exceptio beneficii Ordinis, quam Fideiuſſor Creditori opponit, vt prius debitorem principalem conueniat, de qua pluribus agit Carpz. *in Proc. Tit. 9. art. 2. n. 35. ſeq.* In patria vero mea illud certe ſingulare eſt, quod creditor electionem habeat, vtrum debitorem, an vero Fideiuſſorem convenire velit. Hinc in *cit. Ord. Art. 37.* ita conſtitutum: Wiewohl nach gemeiner Recht-Ordnung der Bürge nicht ehe mag vorgenommen werden/ es ſey denn der Hauptſacher/ und Selbſtſchul-

ſchuldiger zuvor beklagt und unvermögend befunden: So iſt aber nach unſerm althergebrachtem Gebrauch dem Gläubiger frey und willkührig/ den Principal oder Bürger am erſten vorzunehmen und ſich der Bezahlung zu erhohlen/ er beklagte nun welchen er wolte / damit iſt der andre nicht frey; ſondern muß umb den Reſt und Ausſtand nach der angeſtalten und verordneten Rechtfertigung hafften nnd gerecht werden.

## §. XXIV.

Cum in materiam Fideiuſſionis inciderim, non poſſum non duo valde ſingularia, quæ non quidem Vratislauiæ, in quibusdã tamen Provinciis Sileſiæ circa Fideiuſſores obtinent adducere. Quorum primum eſt, quod in Ducatibus Oppolienſi, Ratisborienſi & Teſchinenſi ſpecialiter conſtitutum ſit, obligationem Fideiuſſoris heredes eius non obligare, ſed mere perſonalem eſſe. Nam in der Oppeliſchen Lands-Ordnung. vbi *tit. 2.* cauetur; heredem æs alienum ſoluere teneri, excipitur illud, quod ex fideiuſſione defunctus debet: Doch ohne Bürgſchafft / ſo er defunctus vor ſich / ſeine Erben und Nachkommen für iemanden angelobet hätte in derſelben Bürgſchafft ſoll er nicht verbunden ſeyn / ſondern ſolche Bürgſchafft und Verlobung ſtirbt mit ihm. Simili modo in der Teſchniſchen Lands-Ordnung Tit. Vom Anfalle *Art. 2.* conſtitutum: Auſſer deren Bürgſchafften / mit welchen derſelbe ſich alleine / ſeine Nachkömmlinge und Erben nicht mit verbindet / verbürget / welche denn mit dieſer Perſon erſtirbet. Imo quod adhuc magis ſingulare eſt, & ab omni iure recedit, in Ordin. Prouinc. Oppolienſ. & Ratisbor. *Art. 18. Tit. 38.* Fideiuſſori, ſi amplius in fideiuſſione ſtare nolit, permittitur eidem renunciare: Da aber einer in der Bürgſchafft nicht ſtehen wolte/ ſoll er es dem

Duo ſingularia circa fideiuſſores.

ſelbſt ſchuldiger und dem Gläubiger ein Viertel Jahr vor der Zeit / durch einen offnen Brieff unter ſeinen und zweyer von Adel Zeugnis und Pettſchafft auffſagen / und da der Selbſtſchuldiger ſolches verſchwiege / und der Gläubiger / der die Auffſage weiß / ſich hierum anderwerts nicht verſorget / und die Zeit der Verſchreibung darüber lauffen lieſſe / ſo ſoll ſolcher Bürge / der die Auffſage gethan / ſo bald als die Zeit ſolcher Verſchreibung verlaufft / in ſolcher Bürgſchafft weiter zu hafften nicht verpflichtet ſeyn Similia habentur in der Oelßniſchen Lands-Ordnung *P. 2. t. 7.* Pertinent etiam huc quæ in Ord. Iud. Vratiſl. habentur *Art. 40.* de eo qui pro alio cautionem præſtitit de iudicio ſiſti & ita fideiuſſit, ſi non amplius in fideiuſſione ſtare velit, quod & ab hac ſe liberare poſſit.

Exceptio ſpolii quando probanda.

## §. XXV.

